Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift



12

adam. Crediderunt autem ex eis amplius quam tria milia. q̄ a bto apollonio ego sacer fontis unda profusi fuit. Post hec thauri iussu soceri abierunt ad pascua sua nemine tangentes. Conspiciens autem adrianus quod factum fuerat. gemens in semetipso dixit ministris. Tollite eos a conspectu meo. et retrudite in carcerem. Erant autem sancti dei in carcere letantes. et psallentes die ac nocte. celesti circumsepti lumine. Surgens autem diluculo adrianus iussit sibi sanctos dei offerri. quibus et ait. Ego uos liberos esse uolo ab omni iniuria. tantum sacrificate deo saturno. Beatus iouitta cum fiducia respondens dixit. Adriane princeps malicie. ultionis inimice. cur nos cogis sacrificare simulachro nefando. cum os simulacra timeas non timuisse. si uero curuo poplite pro diuinitate ab eo postules non te opitulabitur. Desine ab hac demencia. et noli surdum mutumque adorare metallum. Adora unum deum

mare

unum et uerum qui fecit celum et terram. fontes quoque aquarum. qui iussit mare a furore suo requiescere. qui mutuum fundamenta mundi cum extremum fecit. qui habet potestatem mittendi diabolum suosque satellites in profundum foueam mortis. quorum tu primus eris si non conuersus fueris. Adrianus hec audiens iratus est. iussitque afferri ligna. et adhiberi flammas. atque beatos martires mitti in eas. sicque factum est. Stabant autem sancti dei in medio flamme expansis manibus dicentes. Benedictus es domine deus patrum nostrorum ab etherno et usque in eternum. et benedictum nomen gloriae tue quod es sanctum. quia nos inter flammas eos globos ita custodire dignatus es. ut nec capillum capitis nostri attingere queant. Videns autem impiissimus adrianus quod michil eos flamma nocuisset. iratus dixit ministris. Afferte huc cultros acutissimos. et sub oculis meis decoriate corpora eorum. ut stiant qua ego regno meo pro deos immortales. Ministri uero satagebant iussis parere iniquis. sed opitulante desuper diuina gratia quod iniquus princeps maluit. ministri implere nequierunt. Erat enim ibi quidam homo dux militum calocerus nomine. qui egressum uidens quod michil sanctis dei adisse paterentur. clamauit uoce qua potuit. Vere magnus est deus christianorum. Audiens adrianus iussit eum cum gamelijs foras expelli. Videns autem eos adrianus in nullo penitus lesos. dedit palmam in manu sua dicens. Certe uicti sumus ab eis. Precepit quoque ministris trudi eos in carcerem dicens. Cogitabo quibus penis eos afficiam. Beati itaque martires ingressi carcerem. psallebant dicentes. Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Statimque apparuerunt angeli dei psallentes cum eis. ac confortantes eos abierunt. Altera autem die precedens adrianus ad templum martis ut ibidem sanctos dei martires sacrificium et iouittam audiret. iussit afferri uas eneum quod preparari iusserat. eductis quoque de carcere sic ait. Intuemini formidolosum quam uobis preparaui penam. prius sacrificate quam uobis mortis sententiam det. Beatus faustinus respondit. Cui nos compellis sacrificare. Adrianus ait. Magno deo marti. Sanctus iouitta respondit. Adriane ut mitigetur magnanimitas tua dominationis stultitiam. ut te putes latratu tuo a sancto nos proposito reuocare. Erubesce infelix et plures deos colere noli. Iratus autem princeps seuissimus ait. Antequam me faciatis erubescere. ego uos morti tradam utrosque. Beatus iouitta respondit. Tormenta tua pro michilo habemus. fac quod facturus es. ut uideat populi magnalia dei. Audiens autem adrianus iubet eorum unctum esse uehementer. iussitque eos in uase eneo pomorum et plumbum liquefactum de terra lenaque mitti. Sancti autem dei in nullo tangebantur. uidens quoque adrianus eos in nullo leedi. iussit in cendi fornacem. et ibidem uas eneum cum sanctis martiribus immitti. quousque coqua-